

MANTISSA.

Inscriptiones, quae hac mantissa continentur, repertae sunt omnes fere, ex quo ex Italia discessi (mense Maio a. 1927), prope forum Ostiense, praecipue in thermis ibi nuper effossis. Textus liberaliter mihi praeberunt, ut supra dixi, permittente G. Calza effossionis praefecto Kristoferson et Kleberg, qui una cum illo munus editionis principis curandae susceperunt (*Not. d. sc.* 1929); titulorum gravioris argumenti imagines luce exprimendas mea causa curaverunt Greifenhagen et Kristoferson. — Fragmenta quaedam iam a me ipso vere anni 1927 descripta et primum supra suis locis collocata illinc sustuli et in hac mantissa posui, ut quae cum novis fragmentis coniungi possint; fragmenta, quae dedi sub n. 5348, nunc demum, postquam titulus n. 5347 luci redditus est, componere et supplere potui.

5320 tabula marmorea marginata, ex compluribus fragmentis composita, $0,97 \times 0,605 \times 0,03$; litterae rubricatae (folia v. 4 fin. 7 fin. colore rubro picta sunt).

n
c o
5
per

V MINI · DOMVS · AV G ·
R PVS · L E N V N C L A R I O R V M
T R I E C T V S · L V C V L L I · P E C V N I A · S V A
F I R M I O R I · E T · C V L T I O R I · O P E R E
F E C E R V N T
M I S S V · T I · I V L I · F E R O C I S · C V R A T O R I S · A L V E I
T I B E R I S · E T · R I P A R V M

Descripsi ad imaginem photographiam. Kristoferson l. c. Fragmentum unum iam descriperam a. 1927 (*Calza Not. d. sc.* 1927 p. 398 n. 41). 6 in. primum punctum in rasura.

2 sq. cf. supra p. 574 b, infra ind. XII. — Etiam titulus supra n. 254 permissu curatoris alvei et riparum Tiberis positus est, ab eodem ut videtur lenunculariorum corpore (v. 3 vix dubium quin fuerit *treiectus* [*Lucullii*]). — De Ti. Iulio Feroce curatore alvei Tiberis sub Traiano cf. *Pros. imp. Rom.* II p. 190 n. 202. *RE* IV c. 1793; X c. 586 n. 228.

5321 tabula marmorea ex multis fragmentis composita ($1,06 \times 0,75 \times 0,025$), litteris bonis.

VICTORIAE · AV G ·
SACRVM
PECVNIA PERACTAS

Descripsi ad imaginem photographiam. Kleberg l. c.

3 agitur sine dubio de aliquo opere publico; eclipsis q. d. verborum eo mirior est, quod titulus integer videtur esse.

5322 tabula marmorea marginata, ex multis fragmentis composita ($1,075 \times 0,37 \times 0,028-0,02$), litteris bonis.

DRVSO · CAESARI · TI · F · AVGVSTI · N 4
DIVI · IVLI · PRO · N · PONTIFICI 3
POT N YMPHODOTI · L · VIATOR 3
ET · AVGVSTALIS · POSVIT · 2,5

Descripsi ad imaginem photographiam; de punctis mihi non ubique constat. Kristoferson l. c.

3 in. supplendum videtur, ut editor proponit, *Pot[hus]*; vocabulum *viator* igitur vix pro cognomine, sed pro munere habendum est. Ad vocabulum *viator* spectavisse puto nomen fortasse adiectivum, quod periit v. 4 in. Proposuerim [*tribuni*](*ius*) (cf. supra n. 4486 a); sed obstat, quod editori v. 4 in. videtur fuisse G, non C.

Titulum positum esse ante a. p. Chr. 11, quo anno Drusus quaestor factus est (*Dio* LVI 25, 4), monet editor.

XIV S.

5323 fragmentum tabulae marmoreae marginatae ($0,64 \times 0,68 \times 0,06$).

SER · SVLPICIO 6
GALBAE · IMP 5
DECVR · DEC 5
PVBLICE 3,7

Descripsi ad imaginem photographiam. Kristoferson l. c.

5324 fragmentum tabulae marmoreae marginatae ($0,58 \times 0,34 \times 0,05$), ipsum in quattuor partes fractum.

PLOTINAE
AVGVSTAE
IMP · CAESARIS
AN

Misit Kristoferson, qui ed. l. c.

4 vestigia litterarum AN agnoscere sibi videtur Kr.; fortasse [*Nervae Trai*]an[i] cet.

5325 fragmentum, $0,245 \times 0,355 \times 0,08$.

imp. Caesari divi
trAIANI parthici fil. 5
divi NERVAE · Nep. traiano hadriano 3
aug. pONT · MAx. trib. pot. -- cos. -- 3
VSA · P 4

Misit Kristoferson, qui ed. l. c.

Fortasse coniungendum cum fragmento supra n. 94. — 5 videtur esse nomen eius — sive viri sive feminae —, qui titulum dedicavit.

5326 tabula marmorea marginata ($2,20 \times 0,88 \times 0,04$), in complures partes fracta.

DECVRIONVM · DECRETO
IMP · CAESARI · T · AELIO HADRIANO · ANTONINO · AV G · PIO P · P
ET · DIVAE · FAVSTINAE OB INSIGNEM EORVM CONCORDIAM
VTIQVE IN ARA VIRGINES QVAE IN COLONIA OSTIENSI · NVBENT
ITEM MARIT · EARVM SVPLICENT

Descripsi ad imaginem photographiam (de punctis mihi non ubique constat). Kristoferson l. l.

Ad hunc titulum interpretandum adhibenda esse vidit editor ea quae refert Dio LXXI 34, 4 de honoribus post mortem Faustinae minoris a. 176 decretis: τῷ δὲ Μάρκῳ καὶ τῇ Φαυστίνῃ ἐψηφίσατο ἡ βουλὴ ἔν τε τῷ Ἀφροδίσιῳ τῷ (τε) Ῥωμαίῳ εἰκόνας ἀργυρᾶς ἀνατεθῆναι καὶ βωμῶν ἰδρυθῆναι καὶ ἐπ' αὐτοῦ πάσας τὰς κόρας τὰς ἐν τῷ ἄστει γαμουμένας μετὰ τῶν νομφίων θύειν. Ex titulo Ostiensi videtur concludi posse iam Faustina maiorem (defunctam inter mensem Decembrem a. 140 et mensem Iulium a. 144, cf. *Pros. imp. Rom.* I p. 77) eundem honorem adeptam esse, sicut etiam puellae Faustinae bis institutae sunt (v. supra n. 4450 not.), Ostienses autem exemplum senatus Romani secutos esse.